



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Triapostolatvs Septemtrionis**

**Caesar, Philipp**

**Coloniæ Agrippinæ, 1642**

28. De morte Horici Regis &, de persecutione iunioris Horici: & quomodo postea conuersus quæ antecessor suus concesserat stabilierit & auxerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

reuersi post quam domi septem dies essent, *Leiunium*  
 illos septem omnes pariter à carne abstineret. *Suedorum.*  
 Sed & post hoc 40. diebus euolutis, ipsi una-  
 nima conuentione 40. sequentes similiter à  
 carne poenitentiam agerent. Quod & factum  
 est. Sicque saurore omnium prædictus Eri-  
 bertus Sacerdos, liberè apud eos quæ Dei  
 sunt agebat, & diuinæ Religionis augmenta  
 studebat.

## CAP V T XXVIII.

*De morte Horici Regis, & de persecuzione iunioris  
 Horici; & quomodo postea conuersus quæ ante-  
 cessor suus concesserat stabilierit &  
 auxerit.*

**H**inc hæc verò contigit diuino iudicio, ut  
 piratarum infestatione memoratus Ho-  
 ricus Rex bello interemptus sit. Cum quo o-  
 mnes pariter Primores terræ illius, qui olim  
 Domno Episcopo familiares & amici habe-  
 bantur, gladio interierunt. Deinde post hæc  
 constituto Rege Horico iuniore, quidam Co-  
 mes præfati vici Sliesvyc, nomine Houi, &  
 cæteri Principes eius persuadere ei cœperunt,  
 ut Ecclesia apud eos facta destrueretur, & Re-  
 ligio Christianitatis ibi cœpta annullaretur.  
*Horicus*  
*iunior de-*  
*struit Eccle-*  
*siæ: sed paulo*  
*post conser-*  
*tetur.*  
 Vnde & Presbyter qui ibi aderat persecutio-  
 nis acerbitate compulsus inde recessit. Pro hac  
 itaque re Dominus Episcopus nimium con-  
 tristatus, quia nullum tunc cum Horico iu-  
 niore amicum habebat, ad diuinum solito-  
 mōre

more cucurrit auxilium. Consolatus est quippe eum Dominus spiritali consolatione, & certus omnino factus est, quod nullo modo Religio Christiana ibidem cœpta deperiret. Nam cum pro hac eadem re ad prædictum Regem ire disponeret, Domini præueniente gratia, idem Rex expulerat prius de vico memorato iam dictum Comitem, ita ut nunquam postea in eitis gratiam redire posset; & ad Dominum Episcopum gratis suum direxit Legatum, mandans ut Sacerdotem suum ad propriam remitteret Ecclesiam, nec se minus quam seniorem Horicum Christi gratiam velle promereri. Quo facto, cum ipse Pastor noster ad eius præsentiam veniret, tantâ gratiâ à iuniore suscepimus est Horico, ut statim ei omnia, quæ antecessor suus causâ Christianitatis in Regno suo fieri permiserat, ipse quoque concederet. Insuper etiam, quod antea pagani nefandum videbatur, ut Clocca in eadem haberetur Ecclesia concessit. In alio quoque vico Regni sui, Ripa vocato, similiter locum ubi Ecclesia fabricaretur concessit, & ut ibi Sacerdos præsens adesset licentiam dedit.

*Clocca.  
Ripensis Ec-  
clesia.*

## CAPUT XXIX.

Quomodo Ansfridum Dominus Archi-Episcopus misericordia post eius reuersionem Raginbertum & post eius mortem Rimbertum.

**H**is ritè peractis, Pastor noster venerabilis ad Gentem Sueonum quandam misit